



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

CCXXXIII. Investitura Regni utriusque Siciliæ, & Hierusalem pro
Serenissimo Carolo Borbonio Infante Hispaniarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75393)

tum Nobis ex alto conceditur, providere cupientes, specialemque eisdem Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Congregationis particularis praedictae Cardinalium consilio, praedictas memorati Benedicti Praedecessoris binas literas, ac in eis contenta quaecumque, nec non Conventiones a Provinciis Galliae Congregationis Doctrinae Christianae datas, & a Congregatione hujusmodi Provinciae Romanae subscriptas, ut praefertur; hoc modo: quoad tertium. Possit Provincia Romana praefata mittere ad Capitulum Generale Vicarium Generalem, vel Provinciale, vel Assistentem ejusdem Provinciae Romanae, aut etiam deputare unum ex Provinciis Galliae praedictae: Quoad quartum Praepositus Generalis semel singulis sexenniis possit visitare Provinciam Romanam per se ipsum, vel per alium Graduatum, qui tamen sit de dicta Provincia Romana, haec tamen visitatio durare non possit ultra sex menses. Quoad sextum. Electio Vicarii Generalis, & Consiliorum notificanda erit Praeposito generali. Quoad duodecimum. Capitula praefatarum Conventionum nil novum postulari possit ab hac Sancta Sede, quod pertineat vel ad universam Provinciam Romanam, vel ad universam Congregationem Doctrinae Christianae praedictae, nisi certiorato prius illius Praepositi Generali, vel Definitorio Generali, & omnia supra dicta servanda erunt, etiam si in Italia novae erigantur Provinciae, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, seu intervenire dicitur, vel praetendi possit dictae auctoritate sanamus.

§. 6. Decernentes pariter ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconcussae observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quae in memoratis Benedicti Praedecessoris binis literis concessa sunt non obstat, nec non quatenus opus sit dictarum Provinciarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, quod praesentium literarum transumptis, seu impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quae pra-

sentibus ipsis haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 9. Aprilis 1738. Pont. nostri Anno Octavo.

Investitura Regni utriusque Siciliae, & Hierusalem pro Serenissimo Carolo Borbonio Infante Hispaniarum.

CLEMENS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

AD excessum Pastoralis officii culmen, meritis licet imparibus eo disponente sublevati, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, sicuti curis urgemur assiduis, ut Apostolica sollicitudinis partes ad tutamen, & incrementum Dominici Gregis nobis caelitus commissi, quantum cum Domino possumus, diligentius intendamus, sic etiam rebus, & temporibus ita postulantibus, saepe adstringimur ad bona temporalia S. R. E. oculos circumspectionis, & sollicitudinis nostrae dirigere, ut Dominiorum, & Regnorum temporalia jura Sedis Apostolicae sacra semper, & recta tueamur, & nobis eidemque Sedi debitam dictorum Dominiorum, & Regnorum subjectionem more Praedecessorum nostrorum iusta, & opportuna ratione semper, & perpetuo servare valeamus.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Julius Papa II. Praedecessor noster Regnum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra, quae est citra Pharum usque ad confinia Terrarum S. R. E., Civitate nostra tunc sua Beneventana cum ejus Territorio, & pertinentiis dumtaxat excepta, ad jus, & proprietatem ejusdem Ecclesiae pertinen. & tunc ad ipsum Praedecessorem, & dictam Ecclesiam devolutum, quovis modo, & ex quavis causa illud ad eandem Ecclesiam devolutum esset, aut alias ejus dispositio ad praedictum Praedecessorem pertineret, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis clarae mem. Ferdinando Aragoniae, & utriusque Siciliae, ac Hierusalem Regi pro se, suisque in dicto Regno Aragoniae Successoribus, & haeredibus tam masculis, quam feminis ex eo recta linea descendentibus certo tunc expresso modo natis, & nascituris in feudum perpetuum pro annuo censu, & sub diversis conditionibus, modis, formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus etiam tunc expressis, sine tamen praedictio Juris ipsi Ferdinando Regi alias in eodem Regno forsan competentis, cui tunc noluit derogari, de Fratrum suorum Consilio pariter, & assensu, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine concessit, & elargitus fuit, dictam Civitatem Beneventanam cum ejus Territorio, districtu, & pertinentiis per ipsum Praedecessorem, seu Romanum Pontificem distinctis, seu distinguendis cum eorum incolis, prout illam sibi dudum antea praedicta Ecclesia retinuerat, & reservaverat sibi, & Sedi Apostolicae specialiter reservando, prout in ipsius Praedecessoris desuper confectis literis, in quibus idem Praedecessor inter alia voluit, quod dictus Ferdinandus Rex, & sui in dicto Regno Siciliae cum Terra citra Pharum haeredes, & Successores darent Praedecessori, & Ecclesiae praedictae eorum privilegium aurea Bulla bullatum, in quo proprio juramento faterentur, & recognoscere expresse Regnum Siciliae, & Hierusalem, & totam eorum Terram, quae est citra Pharum usque ad confinia ejusdem Ecclesiae, excepta Civitate Beneventana praedicta cum Territorio, districtu, & pertinentiis suis ex sola gratia, & mera liberalitate Sedis,

Dat die 9. Aprilis 1738. an. VIII.

CCXXXIII.

Proccinium.

Similis Investitura a Julio II. data Ferdinando Regi Aragoniae.

Praesentium
Literarum
firmitas.

Contraria
tolluntur.

Transumptis
adhibenda
fides.

& Prae-

Sub eisdem
conditioni-
bus a Leone
X. concessa
Carolo V. ad-
dita lege con-
signandi mu-
tuo delin-
quentes ad
ad alteru-
tram partem
confugien-
tes.

A Julio III.
data Philippi
II. Regi.

& Prædecessoris prædictorum sibi, suisque hæredibus, & Successoribus fuisse concessum, ac eos recepisse, & tenere Regnum Siciliae, & Terram huiusmodi a Prædecessore, & Ecclesia prædictis sub pacis, modis, & conditionibus tunc, ut præfertur expressis prout in Literis desuper concessis plenius continetur.

§. 2. Et deinde pia mem. Leo Papa X. etiam Prædecessor noster Regnum Siciliae cum Terra citra Pharum clara mem. Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto tunc Romanorum, & Hispaniarum Regi Catholico in Imperatorem electo in feudum eisdem modo, & forma, quibus per prædictum Julium Prædecessorem prædicto Ferdinando Regi concessum fuerat, & sub prædictis, quæ tunc per eandem Sedem remissa non apparent, & certis aliis tunc expressis conditionibus de novo concessit, & de eo etiam ipsum Carolum Imperatorem investivit, & dictus Carolus Imperator per quondam Joannem Emanuele Aurei Velleris Equitem tunc in humanis agentem, & ipsius Caroli Imperatoris apud Leonem, & Sedem prædictam Oratorem, & procuratorem specialem promissit, & se, & omnes Regnum ipsum Siciliae vigore illius concessionum tam per Julium, quam per Leonem Prædecessores huiusmodi factam pro tempore obtinentes obligavit ad inviolabiliter observandum, & adimplendum omnia in literis Julii Prædecessoris contenta, super quibus de dispensatione, aut illorum remissione per eandem Sedem, non constaret, seu appareret, & solvendum singulis annis in perpetuum Camera Apostolicæ septem mille ducatos auri de Camera in Festo B. Petri ultra solitum censum Parafreni albi pro recognitione veri, & directi Domini ipsius Regni Siciliae, & ad Leonis Prædecessoris, & Camerae prædictorum requisitionem delinquentes in Terris eidem Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis ad dictum Regnum, & illius Civitates, Terras, & loca confugientes capi, & ad Urbem, vel alium locum remitti faciendum sub pœnis in literis Julii Prædecessoris huiusmodi contentis, dummodo idem Leo Prædecessor, & Successores sui Romani Pontifices ac prædicta Camera ad ipsius Caroli Imperatoris, & officialium suorum requisitionem Delinquentes in Terris, & locis dicti Regni ad Terras, & loca Ecclesiæ confugientes pariter ad eos remitterent, prout in Instrumento publico desuper confecto, & in certis ipsius Leonis Prædecessoris literis de verbo ad verbum inserto plenius continetur.

§. 3. Ac successive re. me. Julius Papa III. Prædecessor etiam noster prævia renunciatione dicti Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti dictum Regnum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharum usque ad confinia Romanæ Ecclesiæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, & districtu, ut supra inclita me. Philippo II. tunc Angliæ Regi, & Hispaniarum Principi pro se, suisque hæredibus, & Successoribus Aragoniæ Regibus tam masculis, quam feminis ex eo recta linea descendentes natis, & nascituris, ac aliis personis in concessionibus Julii, & Leonis comprehensis, & per eos vocatis in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducatorum auri de Camera, & unius Parafreni albi solvendo, & sub conditionibus, modis, formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in literis Julii, & concessione Leonis Prædecessorum huiusmodi contentis, quæ per eandem Sedem remissa non apparent similiter concessit, & de eo ipsum Philippum Regem investivit, & dictus Philippus Rex per quondam Ferdinandum Franciscum Avalos de Aquino Marchionem Pisciariæ tunc in humanis agentem & ipsius Philippi Regis apud Julium Prædecessorem, & Sedem prædictos Procuratorem specialem obedientiam, homagium, & Juramentum fidelita-

tis consuetum præstitit, prout in ipsius Julii Prædecessoris literis plenius continetur. Quæ omnia idem Philippus Rex successive per Bullam suam auream sub Datum Bruxellis anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, die prima Octobris, manu sua subscriptam approbando, & acceptando confessus fuit, & recognovit.

§. 4. Postea vero fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster eodem Philippo II. viam universæ carnis ingresso, Regnum ipsum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra prædicta citra Pharum usque ad confinia Terrarum ejusdem Romanæ Ecclesiæ excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, districtu, & pertinentiis per se, seu ejus, & nostros Prædecessores Romanos Pontifices distinctis, ac eorum Incolis, quam sibi, & eidem Ecclesiæ specialiter retinuit, cl. me. Philippo III. etiam Hispaniarum Regi Catholico pro se, suisque hæredibus, & Successoribus Aragoniæ Regibus tam masculis, quam feminis ex eo recta linea descendentes natis, & nascituris, & aliis personis in concessionibus utriusque Julii, & Leonis Prædecessorum huiusmodi comprehensis, & per eos vocatis in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducatorum similium, & unius Parafreni albi ut præfertur solvendo, & sub conditionibus, modis, formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in literis utriusque Julii, & concessione Leonis Prædecessorum huiusmodi contentis, quorum remissionem per Sedem prædictam factam fuisse non appareret, præstitit tamen prius eidem Clementi Prædecessori, & Sedi, & Ecclesiæ prædictis nomine ipsius Philippi III. Regis per bo. me. Antonium de Cardona, & Corduba Ducem Sueffiæ, & Sornæ, & Vahenæ Comitum Labræ, & Palamos Vicecomitem de Ibergar, & ipsius Philippi III. Regis Consanguineum, & Consiliarium apud eundem Clementem Prædecessorem, & Sedem prædictam Oratorem, & Procuratorem, ac mandatarium suum specialem, & per eundem Clementem admittis, obedientia, atque homagio, ac Juramento fidelitatis sub certa tunc expressa forma pariter concessit, & elargitus fuit, & Regnum ipsum Philippo III. Regi modo, & forma præmissis infeudavit, prout in prædicti Clementis Prædecessoris sub Plumbo sub Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo nono, quinto Idus Septembris, Pontificatus sui Anno VIII. expeditis literis plenius continetur.

§. 5. Subinde autem Defuncto Philippo III., Gregorius XV. Prædecessor etiam noster idem Regnum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra prædicta citra Pharum usque ad confinia Terrarum Ecclesiæ Romanæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, districtu, & pertinentiis per se, seu ejus, & nostros Prædecessores Romanos Pontifices distinctis, ac loco Pontis Curvi ejusque Territorio, quæ sibi, & eidem Ecclesiæ specialiter retinuit, cl. mem. Philippo IV. etiam Hispaniarum Regi Catholico pro se, suisque Successoribus Aragoniæ Regibus tam masculis, quam feminis ex eo recta linea descendentes natis, & nascituris, ac aliis personis in concessione utriusque Julii, & Leonis, ac Clementis Prædecessorum huiusmodi comprehensis, & per eos vocatis in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducatorum similium, & unius Parafreni albi solvendo, ut supra, & sub conditionibus, modis, formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in literis, dictorum Julii II., & III., ac Clementis, quarum remissionem per Sedem Apostolicam factam fuisse non appareret, præstitit tamen prius eidem Gregorio Prædecessori, & Sedi, & Ecclesiæ prædictis nomine ipsius Phi-

A Clemente VIII. data Philippo III.

A Greg. XV. concessa Philippo IV.

lippi IV. Regis per quon. Franciscum de la Cueva Ducem de Alburquerque apud eum, & Sedem prædictam Oratorem, & Procuratorem, ac mandatarium suum specialem, & per eundem Gregorium admissa obedientia, atque homagio, & Juramento fidelitatis sub certa tunc expressa forma, concessit, & elargitus fuit ac Regnum hujusmodi prædicto Philippo IV. Regi modo, & forma præmissis infeudavit, prout in prædicti Gregorii XV. Prædecessoris sub Plumbo sub Datum Romæ apud S. Petrum quinto Kalendas Decembris millesimo sexcentesimo vigesimo primo sui Pontificatus Anno I. expeditis literis plenius continetur. Quæ omnia idem Philippus IV. Rex successive per Bullam suam auream sub Datum Matriti quinta Novembris millesimo sexcentesimo vigesimo secundo manu sua subscriptam approbando, & ampliando confessus fuit, & recognovit.

Ab Alexandro VII. data
Carolo II. Regi.

§. 6. Postremo vero dicto Philippo IV. Rege ab humanis exempto pia memoria Alexander VII. Prædecessor itidem noster prædictum Regnum Sicilia, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharum usque ad confinia Terrarum ejusdem Ecclesiæ Romanæ, excepta prædicta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, & Districtu, & pertinentiis per se, seu Romanos Pontifices distinctis una cum Terra Pontis Curvi, ejusque Territorio, quæ sibi, & eidem Ecclesiæ specialiter reservavit clara memoria, Carolo II. Hispaniarum Regi Catholico tunc in minori ætate constituto pro se, suisque hæredibus, & Successoribus Aragoniæ Regibus tam masculis, quam feminis ex eo recta linea descendentibus natis, & nascituris, ac aliis personis in concessionibus utriusque Julii, Leonis, Clementis, ac Gregorii Prædecessorum hujusmodi comprehensis, & per eos vocatis in Feudum perpetuum pro solito annuo Censu septem mille ducatorum similium, & unius Parafreni albi, ut præfetur solvendo, & sub conditionibus, modis, & formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, & ordinationibus in literis utriusque Julii, Clementis, ac Gregorii, & concessione Leonis Prædecessorum hujusmodi contentis, quarum remissionem per sedem prædictam factam fuisse non apparet, concessit, & elargitus fuit, ac Regnum ipsum eidem Carolo Regi infeudavit, eumque de illo investivit, & dictus Carolus Rex mediante clara memoria Marianna ab Austria Regina Hispaniarum ejus matre, Tutrice, atque Gubernatrice per bonæ memoriæ Fridericum dum viveret tituli Sancti Petri ad Vincula Cardinalem Sfortia Procuratorem, & mandatarium suum specialem eidem Alexandro Prædecessori, ac Sedi, & Ecclesiæ prædictis obedientiam, homagium, & Juramentum fidelitatis præstitit, prout in ipsius Alexandri Prædecessoris literis pariter sub plumbo apud S. Mariam Majorem Anno Incarnat. Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, decimotertio Kalen. Junii Pontificatus sui Anno duodecimo emanatis uberius continetur. Quæ omnia idem Carolus II. Rex postmodum tam per suam Bullam auream sub Datum Matriti vigesimo nono Martii millesimo sexcentesimo sexagesimo septimo a memorata Marianna Regina ejus Matre Tutrice, & Gubernatrice subscriptam, quam per aliam similem Bullam sub Datum pariter Matriti septimo Aprilis millesimo sexcentesimo septuagesimo sexto propria ipsius Caroli Regis interim majoris, ac sui Juris effecti manu signatam approbando, & ampliando confessus fuit, & recognovit.

Defuncto
Carolo II.
iustis de cau-
sis Clemens
XI. abstinit
a conceden-
da Investitu-
ra.

§. 7. Anno autem millesimo septingentesimo dicto Carolo II. Rege sine liberis e vivis erepto Europa ferme tota inde in partes divisa diuturno bello conflagravit, ac fere res Clemens Papa XI. Prædecessor etiam noster iustis, & gravissimis causis adductus ab Infeudatione, atque Investitura prædicti Regni Sicilia, & Hierusalem cum tota Terra

citra Pharum concedenda, tamen pluries oblato etiam censu prædicto ad id requisitus fuisset, inter sevientis Belli ejusmodi motus superfedendum esse duxit, salvis tamen, & illeis remanentibus Juribus sibi, & dictæ Sedi super eodem Regno competentibus, quæ per plura Chirographa propria ejus manu signata, in quibus itidem cautum fuit tempus, & tempora non currere luculenter præservavit.

§. 8. Postmodum vero pia me. Innocentius XIII. pariter Prædecessor noster prædictum Regnum Sicilia, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharum usque ad confinia Terrarum ejusdem Ecclesiæ Romanæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, & Districtu, & pertinentiis per se, seu Romanos Pontifices distinctis una cum Terra Pontis Curvi, ejusque Territorio, quæ sibi, & eidem Ecclesiæ specialiter reservavit, Charissimo in Christo filio nostro Carolo VI. Hispaniarum Catholico, & Romanorum Regi in Imperatorem electo, qui in eodem Regno Sicilia, & Hierusalem, ac tota Terra citra Pharum successerat, & pacifice possidebat, pro se suisque hæredibus, & successoribus tam masculis, quam feminis ex eo recta linea descendentibus natis, & nascituris, servata inter ipsos Descendentes prærogativa sexus, ita quod masculi ex masculis omnibus feminis earumque descendentibus maribus, & feminis cuiuscumque lineæ essent, aut gradus semper præferrentur, in Feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducat, similium, & unius Parafreni albi, ut præfetur solvendo, & ceteroquit in omnibus, & per omnia sub conditionibus, modis, & formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & Ordinationibus in literis utriusque Julii, Clementis, Gregorii, ac Alexandri, & concessione Leonis Prædecessorum hujusmodi contentis, quarum remissionem per Sedem prædictam factam fuisse non apparet concessit, & elargitus fuit, ac Regnum ipsum eidem Carolo Regi infeudavit, ipsumque de illo investivit, præstitis tamen prius eidem Innocentio prædecessori, & Sedi, & Ecclesiæ prædictis nomine ipsius Caroli Regis per bo. me. Michaellem Fridericum dum viveret tituli S. Sabina Cardinalem de Aichann Procuratorem, & Mandatarium suum specialem, & per eundem Innocentium admissa obedientia, atque homagio, & Juramento fidelitatis, prout in ipsius Innocentii literis sub Plumbo apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo secundo, quinto Idus Junii, Pontificatus sui Anno secundo expeditis plenius continetur. Quæ omnia idem Carolus Rex deinde per Bullam suam auream sub Datum Luxemburgi die vigesima sexta mensis Maii anno a Nativitate Domini millesimo septingentesimo vigesimo tertio manu sua subscriptam approbando, & ampliando confessus fuit, & recognovit.

§. 9. Verum cum annis proxime elapsis inter Catholicos Principes non sine gravi animi nostri dolore repentinum, & luctuosum in Italia iterum insurrexerit Bellum longe, lateque etiam in aliis Europæ partibus diffusum, adeout inter acerbissimos Belli motus Italia pene tota misere exarserit, eumque per hoc Bellum, & inde subsequuta, Dilectus in Christo filius noster Carolus Borbonius Hispaniarum Infans prædicti Regni nostri Sicilia cum tota Terra citra Pharum usque ad confinia Terrarum Ecclesiæ Armis a Patre Philippo Hispaniarum Rege sibi traditis, & donatis integram, & pacificam possessionem superioribus annis obtinuerit, & etiam nunc nemine contradicente retineat, volens modo dictus Carolus debitam obedientiam, ac fidelitatis, & homagii Juramentum in manibus nostris præstare, & ea, quæ ratione ipsius Feudi tenetur adimplere, dilectum filium nostrum Trojanum tituli S. Cecilie Cardinalem de Acquaviva Procuratorem, &

Innocentius
vero XIII.
eam dedit
Carolo VI.
Romano Im-
peratorii.

Cardinalis de
Acquaviva
nomine Ca-
roli Infantis
Hispaniarum
Regnum Nea-
polititanum &
jam pacifice
obtinens
Juramentum
fidelitatis S.
Sedi præstat,
Investituram
que petit.

Manda-

Concedit
Clemens
Pontifex de
consilio Car-
dinalium.

Servanda in-
ter Successo-

Mandatarium suum speciale fecit constituit, & deputavit specialiter, & expresse, ad se, nomine prædicti Caroli quoties opus fuerit coram Nobis humiliter, & cum omni reverentia præsentandum, ac a nobis Investituram Regni huiusmodi petendam eamque acceptandam, necnon Nobis nomine ejusdem Caroli pro prædicto Regno Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharium debitam obedientiam exhibendam, ac etiam fidelitatis, & homagii Juramentum ratione Feudi dicti Regni præstandum, quod requisitum necessarium, & opportunum foret ex ipsius Feudi natura, & quemadmodum illud præstitum fuerat a Carolo Hispaniarum, & Romanorum Rege in Imperatorem electo, atque ab aliis prædecessoribus suis in eodem Regno solitum fuerat præstari, & dictus Trojanus Cardinalis de Acquaviva Procurator in vim Constitutionis, & deputationis huiusmodi ad præmissa omnia, & singula nomine prædicti Caroli peragenda, & exequenda coram Nobis humiliter, & cum omni reverentia sub die quarta mensis Maii currentis anni se præsentavit, & in generali venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregatione, quæ sub hac die duodecima ejusdem mensis Maii coram nobis in Palatio nostro Apostolico Montis Quirinalis ad hoc specialiter convocata, & habita fuit cum pluribus Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Prælatibus ibi assistentibus nomine ipsius Caroli Nobis, & Sedi Apostolicæ, ac Romanæ Ecclesiæ prædictis obedientiam, atque homagium, & Juramentum fidelitatis sub forma inferius adnotata præstiterit.

§. 10. Nos ejusdem Regni Siciliae quieti, ac securitati providere volentes, considerantesque ipsius Caroli erga nos, & Romanam Sedem devotionem, ejusque hereditariam pietatem, & regnandi consuetudinem, quod Populos sibi commissos scier, & vult pacis felicitate, & Justitiæ cultu confovere, ac Nos, & Romanam Ecclesiam ipsius Regni proprietarios, ac directos Dominos grata devotione, & fide sincera recognoscere. Nec diutius volentes a concessione Investituræ, & Infundationis prædictæ, ac directi Domini nostri usu, & exercitio abstinere, sed potius novis, ac iustis causis ita suadentibus, præsentique rerum, & temporum statu accurate perpensio Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo nostra, & ejusdem S. Sedis Jura per novam concessionem huiusmodi afferre, & conservare intendentes, habita super his cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus prius in Consistorio, & deinde etiam in alia simili Congregatione generali ad hoc nominatim habita sub die nona prædicti mensis Maii in eodem Palatio nostro, ibique mandato procuratoris ipsius Caroli publice, & alta voce perfectæ, & diligenter inspectæ deliberatione matura de ipsorum fratrum consilio pariter, & assensu, & ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti obedientiam ab eodem Card. de Acquaviva Procuratore nomine ipsius Caroli nobis, & Sedi, & Camere prædictis, ut præmittitur præstitam, itemque homagium, & Juramentum fidelitatis huiusmodi lato, atque hilari animo admittimus, ac Regnum ipsum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra prædicta citra Pharium usque ad confinia Terrarum ejusdem Ecclesiæ Romanæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, & Districtu, & pertinentiis per Nos, seu Romanos Pontifices distinctis, ac eorum Incolis, quam nobis prout illam sibi dudum prædicta Ecclesia specialiter reservamus, & reservavit, harum serie una cum Terra Pontis Curvi ejusque Territorio nobis, & eidem Ecclesiæ specialiter reservamus, eidem Carolo Borbonio Hispaniarum Infantis, pro se, suisque hæredibus, & Successoribus masculis per lineam masculinam descendentibus

in perpetuum cum hoc, quod inter dictos descendentes masculos servetur semper Primogenituræ ratio, & prævaleat prærogativa lineæ, iisque deficientibus, & ejusdem Caroli lineis masculis extinctis, succedant ceteri ejusdem Caroli fratres ex charissimis in Christo filiis Philippo, & Elisabetha Hispaniarum Rege, & Regina Catholicis utrinque conjunctis nati, & nascituri, eorumque descendentes masculi per lineam masculinam, servata itidem inter ipsos Fratres, eorumque descendentes masculos semper lege Primogenituræ, & lineæ prærogativa.

§. 11. Quibus etiam deficientibus lineis masculis prædicti Caroli, suorumque Fratrum utrinque conjunctorum juxta ordinem, & dispositionem juris, veniant, & succedant feminæ superstitēs, servata etiam inter ipsarum descendentes, & lineas prærogativa sexus, & lineæ cum ordine Primogenituræ in Feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducatorum similibus, & unius Parafreni albi, ut præstetur solvendo, & ceteroquin in omnibus, & per omnia sub conditionibus, modis, & formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, voluntatibus, & ordinationibus in literis utriusque Julii, Clementis, Gregorii, Alexandri, & Innocentii, atque concessione Leonis Prædecessorum huiusmodi contentis, quarum remissionem per Nos, & Sedem prædictam factam fuisse non apparebit, omni meliori, quo possumus modo concedimus, & largimur, ac Regnum ipsum dicto Carolo modo, & forma præmissis infundamus, eumque de illo per ipsius Trojani Card. de Acquaviva Procuratoris ad osculum pedum nostrorum admissionem investimus.

§. 12. Volentes, & intendentes, ut infra annum a data præsentium computandum idem Carolus Rex privilegium suum Bulla aurea bullatum, in quo proprio juramento fateatur, & recognoscat expresse Regnum Siciliae, & Hierusalem, ac totam Terram eorum, quæ est citra Pharium usque ad confinia Terrarum ipsius Ecclesiæ Romanæ, exceptis Civitate Beneventana, & loco Pontis Curvi cum illius Territoriis, Districtibus, & pertinentiis, quæ eidem Ecclesiæ remaneant, prædicto Carolo Regi, suisque hæredibus, & Successoribus dicti Regni Siciliae Regibus ex sola gratia, & mera liberalitate Sedis Apostolicæ, & nostra fuisse concessa, eosque recepisse, & tenere Regnum Siciliae, & Terram huiusmodi a Nobis, & dicta Romana Ecclesia sub pacis, modis, & conditionibus supradictis Nobis, seu Romano Pontifici pro tempore esistenti, dare, & tradere teneatur.

§. 13. Per præmissa autem non intendimus juribus quibuscumque in aliquo præjudicare.

§. 14. Denum ut idem Carolus Rex eo magis ad sinceram illius, quam in Nos, & hanc Sanctam Sedem proficetur devotionis, & observantia debita argumenta Nobis, & eidem Sedi exhibenda excusetur, quo Nos, & Romana Ecclesia in eum propensiores, & munificentiores invenire scientia, & potestatis plenitudine paribus ipsi Carolo Regi omnes, & singulos census ratione supradicti Regni hæcenus decursos, & non solutos ex speciali dono gratia liberaliter remittimus, & condonamus, ipsamque de illis absolvimus, quietamus, & plenarie liberamus, & ex causa dictorum census hucusque decursorum a quocumque nullatenus molestari posse decernimus, dummodo tamen in proximo Festo S. Petri, & sic successive perpetuis futuris temporibus singulis annis ipse Carolus Rex, ejusque hæredes, & successores, alique vocati prædictum censum Nobis, & Successoribus nostris cum solitis solemnitatibus integrè persolvere omnino debeant.

§. 15. Forma autem Juramenti per dictum Cardinalem præstiti talis est: Ego Trojanus Cardinalis de Acquaviva Serenissimi Domini Caroli Hispaniarum Infantis, & Dei gratia Regis Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharium

Masculis deficientibus conceditur successio feminis.

Carolo Regi injuncta lex declarandi, se Regnum huiusmodi obtinere ex mera liberalitate Sedis Apostolicæ.

Reservatio Jurium quorumcumque. Condonatur Carolo Regi Census decursi, & non soluti.

Forma Juramenti præstiti. Cardinale de Acquaviva.

Procurator ad hæc omnia specialiter constitutus, speciali mandato per dictum Carolum Regem sub die tertia mensis Maii currentis anni subscripto plenum homagium ligium, & Vassallagium nomine dicti Caroli Regis faciendum vobis Beatissimo Domino nostro Domino Clementi Duodecimo, & Ecclesie Romanæ pro Regno Sicilia, & Hierusalem, ac tota Terra, quæ est citra Pharam usque ad confinia Terrarum ipsius Ecclesie, excepta Civitate Beneventana, & toto Territorio, & omnibus Districtibus, & pertinentiis secundum antiquos fines Territorii, & pertinentiarum, & Districtus Civitatis ejusdem per Romanos Pontifices distinctos, & impoliterum distinguendos in anima dicti Serenissimi Regis principalis mei iuro, quod idem Serenissimus Dominus Carolus ab hac hora in antea fidelis, & obediens erit Beato Petro, & Vobis Domino Clementi duodecimo, vestrisque Successoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, Sanctæque Romanæ Ecclesie Apostolicæ, non erit in consilio, consensu, vel facto, ut vitam perdatis, seu perdant, aut membrum, seu capiamini, vel capiantur mala captione: Consilium vero, quod sibi credituri estis per vos, aut Nuncios vestros, vel per literas ad vestrum, vel eorum damnum scienter nemini pandet, & si seiverit fieri, vel tractari, seu procurari aliquid, quod in vestrum, vel eorum damnum cedat, illud pro posse impedit, & si hoc impedire non poterit, illud vobis, vel eis significare curabit. Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri tam in Regno Sicilia prædicto, quam alibi consistentia adiutor vobis, vel eis erit ad defendendum, vel retinendum, ac recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem. Universas, & singulas condiciones supradictas, & quascunque alias in literis se. re. Julii Papæ II. super ipsius Regni & Terrarum Inféudatione, sive Investitura confectis contentas, ac omnia, & singula, quæ in eis continentur plenarie adimplebit, & inviolabiliter observabit, & nullo unquam tempore veniet contra ea, nec procurabit per se, vel alium, seu alios quomodo, ut eligatur, vel nominetur in Regem, & Imperatorem Romanum, seu Regem Theutoniæ, aut Dominum Lombardiæ, seu Thuscæ, & si electionem, vel nominationem ad Imperium vel Regnum Romanum, seu Regnum Theutoniæ, vel Dominium Lombardiæ, & Thuscæ, aut majoris partis eorundem de eo celebrari contingeret, nullum hujusmodi electioni, seu nominationi assensum præstabit, nec intrinset se modo aliquo de eorum, vel alicujus eorum regimine, nec de Civitate Beneventana, & suis Territoriis, Districtibus, & pertinentiis, seu Campania, neque de Maritima, Ducatu Spoletano, Ducatu Urbini, neque Marchia Anconitana, Patrimonia Beati Petri in Thuscæ, Massa Trebaria, Romandiola, Alma Urbe, Civitatibus Perusina, Civitatibus Castelli, Bononiensi, Ferrariensi, Avenionensi, & Comitatu Venaissino, seu aliis Terris quibuscunque vestris, & Feudis ipsius Ecclesie ubilibet constitutis ex successione, vel legato, seu donatione, aut venditione, seu alio quovis titulo, vel contractu, nihil unquam sibi acquirere, seu vindicabit, vel poterit acquirere, seu quomodolibet vindicare, & nihil unquam recipiet, vel habebit, seu retinebit, vel poterit recipere, habere, vel etiam retinere in illis, nec ullam Potestariam, Capitaniam, vel Rectoriam, nullumque aliud Officium recipiet, seu recipere poterit in eisdem, seu ipsorum aliquo, nec etiam occupabit, vel occupari permittet, seu faciet præmissa, vel parte aliqua eorundem neque illam offendet, aut molestabit, neque etiam Romanam Ecclesiam quovis modo sub censuris, penisque spiritualibus, & temporalibus in conditionibus, & inféudatione prædictis contentis, quas hic haberi volo in singulis suis partibus alias pro spe-

cifice expressis, & repetitis schismatico, aut heretico cuicumque, vel a fide devio ab ipsa Ecclesia præciso, ejusque sequacibus, & dantibus eis auxilium, consilium, vel favorem non dabit quovis modo per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte, publice, vel occulte auxilium, consilium, vel favorem, nec ab aliis quantum in eo erit, si impedire poterit, dari permittet, sed eos juxta posse suum donec convertant, persequetur, & impugnabit. Et ulterius promitto, quod ipse Carolus Rex infra annum omnia, & singula mediante aurea Bulla ratificabit: sic dictum Carolum Regem Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia juravit, ut supra. Ego Trojanus Card. de Acquaviva.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reservationis, admissionis, concessionis, elargitionis, Inféudationis, Investituræ, voluntatis, vel intentionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigésimo octavo. Quarto Idus Maii, Pont. Nostri Anno VIII.

✠ Ego Clemens Catholicæ Ecclesie Episcopus.



† Ego Franciscus Episcopus Ostien. Cardinalis Barberinus Decanus.
† Ego Petrus Episcopus Portuen. Card. Ottobonus S.R.E. Vicecancellarius.

† Ego Annibal Episcopus Sabinensis Card. S. Clementis S. R. E. Camerarius.

† Ego Ludovicus Episcopus Albanensis Card. Picus.
† Ego Petrus Episcopus Tusculanus Cardinalis Corradinus.

† Ego J. A. Tit. S. Laurentii in Lucina Card. de Vias

†

†

†

†

†

†

†

† Ego Georgius Tit. S. Prædix Card. Spinula.

†

† Ego Ludovicus Tituli S. Mariæ in Transyberim Card. Belluga.

†

† Ego Alvarus tituli S. Bartholomæi Cardinalis Cienfuegos.

† Ego Joannes Baptista Tit. S. Matthei in Merulana Card. de Alteriis.

Clausula.

Dat. die 10.
Maii 1738.
An. VIII.

Clementis
PP.

Et S. R. E.
Cardinalium
subscriptiones.

† Ego Vincentius Tit. S. Petri ad Vincula Card.
Petra Major Penitentiarius.

† Ego Franciscus Antonius tituli S. Sixti S.R.E.
Presbiter Card. Finus.

† Ego Fr. Vincentius tit. Sancti Pancratii Card.
Gotti Ordinis Predicatorum.

† Ego D. Leander Tit. S. Calixti Card. de Porzia.

† Ego Petrus Aloysius Tit. S. Priscæ Card. Carafa.

† Ego Franciscus Tit. S. Silvestri in Capite Card.
Burgesium.

† Ego Vincentius Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna
Card. Bichius.

† Ego Joseph Tit. S. Thomæ in Parione Card.
Furao.

† Ego Antonius Tit. S. Stephani in Monte Celio Card.
Gentili.

† Ego Fr. Jo. Ant. Tit. SS. Sylvestri, & Marti-
ni in Montibus Card. Guadagni.

† Ego Trojanus Tit. S. Cæcilie, Card. de Acquaviva.

† Ego Dominicus tit. SS. Quirici, & Julitte Card.
de Rivera.

† Ego Marcellus Tit. S. Mariæ in Ara - Celi Card.
Passari.

† Ego Fr. Petrus Maria Tit. S. Joannis ante Portam
Latinam Card. Pieri.

† Ego Joannes Tit. S. Pudenticæ Cardinalis Spi-
nola.

† Ego Laurentius S. Mariæ in Via lata Prior Dia-
conus Card. de Alteriis.

† Ego Carolus S. Agathæ in Suburra Card. Diaconus
Columna.

† Ego Carolus S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card.
de Marinis.

† Ego Alexander S. Mariæ in Cosmedin. Diac. Card.
Albanus.

† Ego Nervius S. Eustachii Diaconus Card. Corsi-
nus.

† Ego Bartholomæus SS. Cosmæ & Damiani Dia-
conus Card. Ruspolus.

† Ego Carolus S. Nicolai in Carcere Diaconus Card.
Rezzonicius.

A. Card. Pro-Datarius.

VISA DE CURIA.

N. Antonellus,

J. B. Engenius.

Ut quatuor dumtaxat antiquiores Doctrinarii,
seu Parochi Provinciæ Sanctissimi Nominis Jesu
in Regno Mexicano Ordinis Fratrum Eremitarum
Sancti Augustini, omnibus privilegiis,
& Indultis, quibus illi, qui Priores Provincia-
les Provinciæ, & Ordinis prædictorum fuerunt,
fruuntur, & gaudent, frui, & gaudere valeant.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**Xponi nobis nuper fecit dilectus filius
Didacus Salinas, & Cabrera Assitens
Generalis Hispaniarum, ac Provinciæ Sanctissimi
Nominis Jesu in Regno Mexicano Ordinis Fra-
trum Eremitarum Sancti Augustini Procurator in
Sacra Theologia Magister, quod cum ex septua-
ginta sex Conventibus in dicta Provinciæ existen-
tibus sexaginta sex Doctrinæ, seu Parochiæ an-
nexam habentes Sacramentorum administrationem,
& curam Animarum in totidem ferme nu-
merosis Populis Christiano antiquorum dictæ Pro-
vinciæ Fratrum zelo ad fidem Catholicam con-
versis reperiantur, quibus sane Doctrinis, seu Pa-
rochiis in ministerio Parochiali, prævia canonica
ordinarii Collatione dictæ Provinciæ Fratres
ministerio hujusmodi Parochorum perpetuo ad-
dicti, & non sine ingentibus laboribus, & gravi
incommodo inservientes intra Ordinem, & Pro-
vinciam hujusmodi Dignitatibus, & Officiis prin-
cipalioribus, nempe Magistrorum, Diffinitorum,
Visitatorum, & Priorum Conventuum præcipuo-
rum orbi usque modo fuerunt, & sunt, ac pro-
inde dictus Didacus Assitens, & Procurator, ne
deinceps Fratres hujusmodi condigna mercede
privati maneant, & simul aliis incitamento sint,
ut Apostolicum onus sustinendo Parochi Mini-
sterium obire satagant, & intuitu præmii ad illud
amplectendum Fratres fortius, alacriusque alli-
ciantur, quatuor dictarum Doctrinarum, seu
Parochialium antiquioribus Rectoribus omnia
Jura, privilegia, gratias, & exemptiones dictæ
Provinciæ Ex-Provincialium nempe Provincia-
lium absolutorum, ut iidem pariformiter po-
tiantur, & gaudeant, ac si Ex-provinciales po-
tiantur, & gaudent, sequentibus tamen con-
ditionibus.

§. 2. Primo quod sexdecim annis completis
in una, aut diversis Doctrinis, seu Parochiis hu-
jusmodi ab Ordinario canonica Collatione tradi-
tis Animarum curæ, & Sacramentorum adminis-
trationi laudabiliter inservierint. Secundo, quod
si Doctrinarii, seu Parochi post completos
sexdecim administrationis annos, sed ante sexa-
gesimum ætatis annum completum Ministerio re-
nunciaverit, ejusque renunciatio acceptata fue-
rit, enunciatis privilegiis Ex-Provincialium mi-
nime frui, & gaudere possit; secus vero si com-
pletis sexdecim administrationis annos etiam se-
xagenario major causa adversæ valetudinis Mini-
sterio hujusmodi renunciaverit, tunc etiam si renun-
ciatio acceptetur, dictis privilegiis frui, & gaude-
re debeat. Tercio quod ex dictis Doctrinariis, seu
Parochis quatuor dumtaxat in Ministerio Parochia-
li antiquiores dictis Ex-Provincialium privilegiis
gaudeant, & potiantur, minime vero reliqui,
etiam si recensitas condiciones habeant, quousque
per alicujus ex dictis quatuor antiquioribus cessum,
vel decessum, eis locus fiat secundum ordinem an-
tiquitatis Ministerii Parochialis, cui solum atten-
dendum erit, non vero professionis in Religione,
nisi concurrente omnimoda æqualitate in dicto
Ministerio. Quarto, quod dicti quatuor Doctri-
narii, seu Parochi relatis privilegiis nequaquam
gaudere incipiant, quin a Diffinitorio pleno Pro-
vinciæ in Capitulo Provinciali, aut Congregatione

CCXXXIV.

Causæ no-
vum hujus-
modi præ-
mii dandi
Fratribus,
qui Mexico
Parochias
administram.

Conditione
præmittenda
ad hujusmodi
præmii con-
sequutio-
nem.

Sexdecim
annorum (se-
tio Parochi
debent infer-
vire.

Sexagenario
majores.

Privilegio
Ex-Provin-
cialium qua-
tuor tantum
antiquiores
in ministerio
gaudere po-
terunt.

Fortum requi-
sita prius
examinanda

inter-